

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3606

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Michel de Berneval [chevalier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, novembre

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, concède, à ferme perpétuelle de la rente annuelle de 119 livres 4 sous 4 deniers tournois, des terres et bois sis à Envermeu au chevalier Michel de Berneval et à ses héritiers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 636, p. 121.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos Michaeli de Berneval, militi, ac ejusdem heredibus, ad firmam perpetuam concessimus pro centum et decem et novem libris quatuor solidis et quatuor denariis turonensis, nobis annuatim solvendis, medietate videlicet ad scacarium Pasche et alia medietate ad scacarium sancti Michaelis in firma de Evremodio centum et tres acres terre arabilis decem et septem acres et dimidiad bosci sine superficie, que debent remanere in boscagio sine tercio et dangerio, sexdecim libras et sexdecim solidos et octo denarios turonenses censuales ; item terciam partem quam habebamus in molendino de Evremodio ; item quartam partem de Eencort, septuaginta sex capones, octinginta ova, duas gallinas, quinquaginta minas avene ; item stallagia, releveia rusticorum et simplicem justiciam eorundem, salvo tamen jure in omnibus alieno, et retentis nobis spate placito cum pertinentibus ad placitum spate, releveis feodorum lorice integrorum et partitorum, forefacturis, gardis et jure patronatus, si quod nobis competit in firma predicta. Et de dicta firma, ut dictum est, solvenda, idem miles quadraginta solidos turonensium annui redditus percipiendos super homines suos de sancto Albino et de Greinvilla, item sexaginta solidos turonensium percipiendos apud Grincort et apud Pontem Trenchart, item tres acres terre arabilis abutentes semite que tendit ad molendinum de Ponte Trenchart in contraplegium obligavit, nobis una cum firma predicta perpetuo remansura, si ipsum vel ejus heredes a contractu hujusmodi contingenteret resilire. Si autem occasione premissorum inter predictum militem et homines tenentes de eodem feodo aliquam contingat oriri querelam, volumus quod ad primas assisas seu placita nostra sine dilacione et essonio audiatur ac etiam terminetur. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisius anno Domini M^o CC^o quinquagesimo nono, mense novembri.